

Lichenes nonnulli insulae S. Thomae Antillarum.

Enumerat W. Nylander.

Cl. F. Arnold mihi submitit Lichenes sequentes a Dre. Forel reportatos ex insula Sancti Thomae Antillarum, ibi obiter lectos anno 1878. Dolendum eos parciore esse quam ut imaginem quandam dare valeant vegetationis illius plenior.

1. *Physcia caesia* (Hoffm.). — Saxicola.

2. *Physcia Domingensis* (Ach.). — Saxicola.

3. *Physcia erosula* n. sp. Similis *Ph. tribacoidi* Nyl. in Flora 1874, p. 307, sed sorediis erosis (non prominulis). Reactio thalli similis K \mp . Apothecia non visa. — Saxicola.

Laciniae thalli albi adnatae, subdiscretae, planae, rhizinis non visibilibus.

4. *Lecanora subsequestra* n. sp. Thallus albidus tenuis areolato-rimulosus, obscure limitatus; apothecia lurido-ferruginea vel rufo-fuscescentia, subbiatorina (latit. circiter 0,5 millim.), demum convexula, margine thallino vix ullo cincta; sporae 8nae incolores placodinomorphae (loculis in summis apicibus retractis, tubulo axeos junctis), longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,005 millim., epithecium lutescens (K non reagens). Iodo gelatina hymenialis coerulescens. — Saxicola.

Species affinis et forsans subspecies *L. diplaciae* Ach., a qua jam distinguitur colore diverso apotheciorum. Thallus K flavescens. Spermogonia arthrosterigmatibus.

5. *Lecanora diplacia* Ach. Syn. p. 154. Sat similis priori, etiam reactionibus conveniens, sed apotheciis margine thallino integro tenui cinctis (zeorinis), rufescentibus vel nigricantibus.

Sporae longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,0035—0,0055 millim. — Saxicola.

6. *Lecidea discolor* Hepp Flecht. 319. — Saxicola.

Pertinet revera ad stirpem *L. spuriae* (Schaer.), nec sit *Lecanora*, ut ante habui.

7. *Lecidea prospersa* n. sp. Thallus flavidus tenuis areolato-rimulosus; apothecia nigra (latit. 0,3—0,4 millim.), marginatula, demum convexula margine evanescente, intus concoloria; sporae 8nae fusconigrescentes oblongae, utroque apice loculum et tubulo axeos junctum offerentes, longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,005—6 millim., epithecium et hypothecium nigra. Iodo gelatina hymenialis coerulescens. — Saxicola, cum priore.

Species ejusdem stirpis videtur atque prior. Thallus K flavens, K (CaCl) nonnihil aurantiaco-reagens. Sporae. formae

peculiaris placodinae, at (saepissime) infuscatae; tubulus axeos plerumque crassulus. Spermogonia, ni fallor (rite evoluta nondum vidi), arthrosterigmatibus. *Lecanora insperata* Nyl. L. N. Granat. p. 31 est *Lecidea*, quae comparari possit, sed pertinet ad stirpem *L. myriocarphae* minimeque ad *Lecanoras* sicut ante putavi.

8. *Arthonia subrubella* Nyl. L. N. Granat. p. 98 (*Graphis caribaea* Fée Ess. t. VII, f. 4). Sporae incolores vel demum fuscae; oblongae, 5—7-septatae, longit. 0,044—48 millim., crassit. 0,020—25 millim. — Corticola.

9. *Verrucaria pyrenuloides* Mnt., Nyl. Pyrenoc. p. 44. — Corticola.

Anzeigen.

Rabenhorst, die Flechten.

Zweite Abtheilung der Kryptogamen-Flora von Sachsen, der Oberlausitz, Thüringen und Nordböhmen.

Preis: 7 M. 60.

Obiges Werk erstreckt sich auf Mittel-Deutschland und dürfte durch die übersichtliche Gruppierung der Genera, deren Diagnosen durch instructive Holzschnitte erläutert sind, dem Anfänger zu einem sichern Führer werden. Aber auch dem Fachmann bietet es durch die kritische Bearbeitung der Species ein werthvolles Material.

Zu beziehen durch alle Buchhandlungen des In- und Auslandes.

Soeben ist erschienen:

Die vegetabilische Entstehung des Phosphors und des Schwefels

von

A. von Herzelee.

Preis 30 Pf. — Berlin, Mohren-Strasse 28.

Hermann Peters.

Mit einer Beilage: „Dr. C. Baenitz' naturwissenschaftliche Lehrbücher in populärer Darstellung.“

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1880

Band/Volume: [63](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [Lichenes nonnulli insulae S. Thomae Antillarum
127-128](#)